

- dem ipsa essentia Dei invisibilis;
18. attamē quicquid est in cœlo throni, apparatus, & ornamenti sensibilis; *humanitas* imprimis **CHRISTI**;
19. & orbis quodammodo universus, tanquam evidens præsentia & perfectionis divinæ *vestigium*.
20. *Efficiens principalis* idem est, qui & principale objectum: nempe **DEUS** & **CHRISTUS** ejus.
21. *Dispositio* ad consummationem, est *inchoatio* per fidem ac spem.
22. *Instrumentum* est, tum quicquid ad inchoationem, resurrectionem etiam & iudicium *inservit*:
23. tum *objectum* omne *secundarium*; imprimis *lumen gloriae*.
24. Hoc est, quicquid est præter divinam essentiam *spirituale*, cuius *communione* adjuvatur anima,
25. ut in eâ *perfectior* sit, & sui, & (cujus ipsa imago est) *essentia divina*, aliarum-que *rerum intuitus*.